

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Pro incremento diuini amoris, precatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

gloria, tu gaudium & consolatio, tu requies & voluptas, tu refugium & firmū præsidium. In te radicata non errabit, in te manente, fructum multum feret quia sine te nihil boni præstare potest, Amen.

*Pro incremento divini amoris, precatio.*

**D**omine sancte Pater omnipotens æterne Deus, propter tuam largitatem, & filii tui, qui pro me sustinuit passionem & mortem, & per matris eius Virginis gloriæ sanctitatem, atq[ue] B. Brunonis & omnium sanctorum tuorum merita, concede mihi vilissimo peccatori & omni beneficio tuo indigno, vt te solum diligam, tui amor semper ferueam, tuum honorem semper sitiam, beneficiū passionis Filij tui continuè in corde meo habeam, meam misericordiam recognosciam, & ab omnibus conculcari & contemni appetam. Nihil me afficiat nisi tu, nihil me confortet nisi culpa, Amen.

*Pro illuminatione mentis ac ebrietate amoris Dei, precatio.*

**O**riens splendor lucis æternæ, & sol iustitiae, veni & illumina me cognitione misericordiæ tuz & misericordiæ meæ. Fac in me vitium desperire, & omnis boni germin oriri. Per desiderium quod ab æterno habuisti ad nostram redemtionem, trahe omne desiderium meum in te per vinculum amoris, quod te traxit de sinu Patris in germium matris. Da vt inebriet me ignita & melliflua vis amoris tui, quæ me faciat omnium terrenorum funditus obliuisci præ magnitudine amoris: adeò, vt sicut flamma ardens totus ardeam tui desiderio, quod nulla creatura possit extinguere, Amen.

*Pro diuini honoris Zelo contemptu, rerum pereuentium, precatio.*

**B**one Iesu, fac vt totis medullis & omnibus viribus amem te, summe timeam & reuerear. Fac me pro omni honore tuo fortissime zelari, ita vt omne opprobrium tuum, tanquam gloriæ tuz zelo typus, vehementissime exhorrescam, mei contemptum diligam, & mundum cum omnibus quæ transitoria sunt tui amore contemnam. Amen.

*Pro anime mystica facietate, precatio.*

**A**uctor ardentissime dulcis Iesu, da vt anima mea te solum esuriat panem Angelorum, refectionem animarum, panem nostrum supersubstantialiæ habentem omnem dulcedinem, saporem atque omne delectamentum suanitatis, te inquam, in quem desiderant angeli prospicere semper esuriat & comedat anima mea, & dulcedine saporis tui repleantur omnia interiora mea. Te fitiat semper fontem sapientiæ, fontem æterni luminis, fontem virtutum, torrentem voluptatis, vberatatem domus tuz. Te semper ambiat, te querat, te inueniat, ad te tendat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur & omnia operetur in laudem & gloriam nominis tui cum humilitate & discretione, cum dilectione & delectatione, cum facilitate & affectu, cum sancta perseverantia usque in finem, Amen.

*Pro unione anime cum Deo, precatio.*

**I**esu Christe corona æternæ iucunditatis, per gaudium quod in passione tua sanctissima anima tua habuit de humana redemptione, obsecro te, intrahe in te cor meum & animam meam, vt extra te nunquam in aliqua creatura valeam vel ad momentum delectari. Concede mihi o suauissime Domine Iesu vt omne desiderium

rium

